



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Brigitta V. 1. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

non vereberis? Tum enimverò ille; & tu adeò frontem exues, &, ubi ubi fueris, illum omnia vi-dentem cæli *Oculum* non exhorresces? Audivit, resipuit, & oculum Dei deinceps semper in oculis suis mulier habuit. Utinam cum illâ nos etiam! minus anguli peccarent. Ex *Metaph.* & *Baron.*

Si Deus tecum non est per gratiam, adest per vindictam: sed v& tibi si ita tecum est; Imò v& tibi, si ita tecum non est; illi namq; irascitur Deus, quem peccantem non flagellat: nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat. S.Bern. in *medit.c.6.*

S. BRIGITTA V. 1. Februarii.

VNum sed maximum miraculum BRIGITTA tota vita fuit. Omnia cùm in miseros erogaret, nihil tamen ex omnibus desiderabat. Sed neque post furta quidquam decedere visum est degrege, quem pascebat; imò huic aper ferus accedere, & innoxius inter armenta agere. Vulpes quoque feritatem ponere jussa, ut eandem Rex ponet, qui homini, quòd aulæ delicias vulpem alteram imprudens occidisset, necem parabat. Jam aqua in cervisiam, lapis in salem versa, pauperum subsidio. Porrò oculos procorum ut virgo effugeret, id lacrimis à Deo impetravit, ut oculi fœdum effuerent. Sed sic Christi oculis illa placuit, in cuius manum cùm inter velatas virginis conveniret ad Aram, Ara, quò florem BRIGITTA laudaret, frondere visa, oculisque decor suus redire. Sed & aliis oculos restituit. Ex his virginis ita volenti cæcitatem denuò exoravit; cùm supplicium hæc crederet non videnda videre, diceretque tunc etiam cùm videret, nihil se in toto orbe vidisse. Felicius linguam aliis solvit. Ita mutam ad eum diem

.Feb.
adeò
a vi-
ivit,
culis
am!

ndi-
i ita-
can-
dat,

TAE
ga-
ne-
de

ce-
uo-
ne-
te-
am
um
fu-
œ-
it,
n-
u-
re.
o-
m-
nc
se.
m-
n-

2. Feb.

VITÆ SANCTORVM.

69

diem usque virgunculam manu molliter prehensam tam diu rogavit, num Christo nubere vellet; dum velle se respondit, rectissimè primùm linguâ usa. Cùm deinde femina infamis infantē edidisset, parentem Episcopum Broonem mentita; linguam crucis signo à BRIGITTA signatam in patrocinium ipse infans solvit, & contra matrem testimonium dixit. Tacebimus igitur nos. BRIGITTA rectius hic infans laudabit. Ex Sur. & Lippeloo.

Ira vincitur lenitate ; mansuetudine extinguitur furore ; malitia bonitate palpatur ; crudelitas pietate prostermitur ; impatientia patientiam punitur ; contentio superatur injuriis ; superbiam humilias sternit : qui ergo vult vitia vincere , pietatis arma teneat , non furoris.
S.Pet.Chrysol.ferm.38.

PURIFICATIO B. M. V. 2. Februarii.

IBAT dies à partu VIRGINEO quadragesimus , pri-
mus quo terra dignum aliquando cælo donum offerret. Gestabat hoc præ pectore Virgo nuper, nunc geminâ felicitate Mater Virgo : latus Josephus claudebat, virgo virginis virginem gestantis comes. Gerebat illa munus in sinu, iste in oculis ; arridebat euntibus cælum , & spectatores cives suos plenis agminibus effuderat ; exiliebat lætitia tellus , & ad singula pedum vestigia singula fundere lilia gestiebat : cùm interim jam Hierosolymam, jam templum pompa ingreditur, & obvius adest felix ille longâ ætate senex, felicior aspectu Servatoris futurus , felicissimè in vitæ amplexu vitam positurus. Ergo in genua procumbit Virgo purissima , donumque cælo dicat , quo nec terra dare, nec cælum expetere majus poterat. Quid hîc dicam ? parce nimium Mater prodiga. Poteras charum